UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo dicitur homo factus in animam viuentem. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

terat nō mori. Poſt peccatum vero, factū eſt mortuum, ſicut dicit Apoſtolus: Corpus propter peccatum mortuum eſt, i. neceſsitatem moriendi in ſe habet. In reſurrectione vero erit ſpirituale, ſcil. agile & cibis non egens, & immortale: non ſicut in ſtatu primo fuit, ſcil. quod poſsit non mori, ſed etiam quod non poterit mori. vnde Auguſt. ſuper Gen. Apoſt. ait: Corp⁹ quidem mortuum eſt propter peccatum, & cæt. Prius de limo terræ formatum eſt corpus animale non ſpirituale, cum quali reſurgemus. Renouabitur enim à vetuſtate, non in corpus animale quale fuit: ſed in melius, i. ſpirituale, cum hoc mortale induet immortale: in quo mutandus erat Adam, niſi mortem corporis animalis peccando meruiſſet. Non ait Apoſt. corpus mortale eſt propter peccatū, ſed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale, & immortale erat, qa poterat mori & nō mori. Aliud autē eſt nō poſſe mori, aliud poſſe nō mori. Ideo factū eſt per peccatum nō mortale, quod erat, ſed mortuum, quod non fieret niſi peccaret. Animale enim nō eſt hoc corpus, ſicut primi hominis fuit, ſed iam deterius eſt: habet. n. neceſsitatem moriendi. Ecce hic euidēter aperit Auguſt. q corpus hominis ante peccatum mortale, & immortale fuit, ſed non qualiter fiet in reſurrectiōne. De hoc eodem Beda ſuper Ge. ait: nō eſt credēdum ante peccatū ita fuiſſe mortua corpora, ſicut modo. Ait enim Apoſt. Corpus propter peccatum mortuum eſt: ſed licet fuiſſent animalia nondum ſpiritualia, non tamen mortua: quæ, ſcilicet, neceſſe eſſet mori.

Geneſ. 2. b. *Aug. tom. 3. ad princip.* Roman. 8. b *Li. 2. ca 19.* Roman. 8. b. *Lib. eod. de Gen. ad literā ca. 24.* 1. Cor. 11. g. *Ibid. ca. 25. in princip.* Auguſtin. *Augu. eod. li. 8. cap. 26. ad princip.* Roman. 8. b. *Beda & gl. ord. ad illud Gen 2. In quacunque die comederis.*

Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum, eſſet de conditione naturæ, an gratiæ beneficio.

Solet hic quæri, cum homo primus mortale & immortale corpus habuerit, vtrum ex cōditione naturæ ipſius corporis habuerit vtrunq; an alterū